15305

Wisonati — **Lucrum**

Super Citationem literalem Castren Capitan Bransken teno[ri]s talis Franciscus Joannes in Ktocow Lesnowolski Bransken. Capus Tibi Nobili Andreae filio Stanislai Wisonati Rigore Regio et nostra Capli authe ex omnibus bonis tuis mandamus ut in Terminis Querellarum ac Causarum Officii Capitan Castren in Curia Regia Bransken feria secunda post Dominicam Conductus Citationis prius et proxime celebrandis ptr et peremptorie compareas Ad Instantiam Nobilis Petri Wisonati olim Gabrielis Wisonati qui te citat Quia tu in Contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in Pallatinatu Podlachiae sunt sublata ausus es ab eodem Actore in Via libera bonorum Wisonate dum ille domum suam propriam tendebat tu vero in dicti cuiusdam iniusti et inventati Thelonei recipere et extorquere scilicet Quadraginta florenos Polon pecuniis paratis et pileum falendinensem blekitno valoris quatuor florenos prout de facto recepisti et extorsisti per quod in poenam mille marcarum Polon incurristi ad quam super te decernendam et per Officium publicandam una cum restitutione praefati Thelonei citaris iudicialiter sis responsurus Datum in Curia Regia Bransken feria secunda post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius citationis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Topienski ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Citati propriis posuisse et publicasse recognovit Memoratus Actor Citatum supranominatum ad officium praesens Castren Capitan Bransken per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Albertum Skłodo iuridice clamatum et non comparentem in Termino suo pro toto ex Regestri ordine admissione officii praesens idem condemnavit.

Mierzwinski — **Lucrum**

Super Citationem literalem Castren Capitan Bransken tenoris talis Franciscus Joannes in Ktocow Lesnowolski Bransken. Capus Vobis Nobilibus Mathaeo et Joanni olim Stanislai Falkowski de Falki antiqua haeredibus ex omnibus bonis Vestris Rigore Regio et nostra Capli authe mandamus Ut in Terminis Querellarum ac Causarum officii Capitan Castren in Curia Regia Bransken Feria secunda post Datam praesentis Citationis proxime celebrandis ptr et peremptorie compareatis Ad Instantiam Nobilis Laurentii olim Stanislai Mierzwinski Qui vos citat-

ideo